

DE SERMONE DOMINI IN MONTE

Gnosfer. Coniugium vero ad illo simul nobis in vni redactis, quasi vnus coniugis erit, qui nos de pro-
 stitutiōe huius seculi sui sanguinis effusione libe-
 rauit. Necessē est ergo vt oderit ea quæ transeunt
 discipulus Christi, in ijs quos secū ad ea venire de-
 siderat quæ semper permanebunt: & tanto magis
 hæc in eis oderit, quanto magis eos diligit. Potest
 igitur Christianus cum coniuge concorditer viuere:
 siue indigentiam carnalē cum ea supplens, quod
 secundum veniam, non secundum imperium dicit
 Apostolus: siue filiorum propagationē, quod iam
 nonnullū gradu potest esse laudabile: siue fraternā
 societatem, sine vlla corporum commixtione, ha-
 bens vxorem tanquam non habens, quod est in cō-
 iugio Christianorum excellentissimum atq; sublimē:
 vt tamē oderit in ea omnes temporales neces-
 sitates, & diligit spem sempiternæ beatitudinis.
 Odimus enim sine dubio, quod certe vt aliquando
 non sit optamus: sicut istam ipsam præsentis tem-
 poris vitam, quam temporalem si non odilemus,
 non desideraremus futuram, quæ non est tempori
 obnoxia. Pro hac enī vita posita est anima, de qua
 ibi dictum est, Qui non oderit in super & animam
 suam, non potest esse meus discipulus. Huic nanq;
 vite cibis est necessarius iste corruptibilis, de quo
 ipse dominus dicit, Nonne anima plus est quàm esca:
 id est hec vita cui necessaria est esca? Et quod dicit,
 vt animam suam ponat pro ovis suis: hanc vtique
 vitam dicit, cum se pro nobis moriturum esse pro-
 nuntiat. Exoritur hic altera quæstio, Cū dominus
 causa fornicationis permittat dimitti vxorē, qua-
 tenus hoc loco intelligenda sit fornicatio: vtrum
 quousque intelligunt omnes, id est, vt eam fornicationem
 credamus dictam quæ in stupris committitur?
 An quemadmodum scripturæ solent fornicationem
 vocare, sicut supra dictum est, omnē illicitam
 corruptionem, sicut est idololatria vel auaritia,
 & ex eo iam omnis transgressio legis propter il-
 licitam concupiscentiam? Sed consulamus Apo-
 2. retrac. cap. 19.
 1. Cor. 7.
 I non addidit, excepta causa fornicationis: quod do-
 minus permittit? Nisi quia similem formā vult in-
 telligi, vt si dimiserit, quod causa fornicatiōis per-
 mittitur, maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori.
 Non enim male reconciliaretur vir illi mulieri,
 quam cum lapidare nemo ausus esset, dicit ei domi-
 nus, Vade & vide deinceps ne pecces. Quia & qui
 dicit, non licet dimittere vxorem nisi causa fornicationis:
 cogit retineri vxorem, si causa fornicationis
 non fuerit: si autem fuerit, non cogit dimittere, sed
 permittit: sicut dicitur, Nō licet mulieri nubere alteri
 viro, nisi viro suo mortuo. Si ante viri mortē nup-
 sisset, rea est: si post viri mortē nō nupsisset, non est
 rea: Non enim iusta est nubere, sed permittit. Si enī
 par forma est in isto iure coniugij inter virū & mu-
 lierem, vsque adeo vt nō tantū de fœmina idē Apo-
 1. Ioan. 3.
 1. Cor. 7.
 stulus dixerit, Mulier non habet potestatem sui cor-
 poris, sed vir: sed etiā de illo non tacuerit dicens, si-
 militer & vir sui corporis potestatem nō habet, sed
 mulier. Si ergo similis forma est, oportet intelligi
 nō licere mulieri virū dimittere, nisi causa fornicationis,
 sicut & viro. Considerandum est itaq; quate-
 nus fornicationem intelligere debeamus, & consu-
 lendus vt cœperamus Apostolus, Sequitur enim
 & dicit, Ceteris autem ego dico, non dominus. Hic

primo videndum est quibus ceteris, Dicebat enim K
 superius ex domini persona ijs qui sunt in cōiugio,
 nūc vero ex sua persona ceteris dicit, Ergo fortal-
 se ijs qui non sunt in coniugio. Sed non hoc sequi-
 tur. Ita enim subiungit, Si quis frater habet vxorē
 infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non
 dimittat illam. Ergo etiam nunc ijs dicit qui sunt
 in coniugio. Quid sibi ergo vult quod ait, ceteris:
 nisi quia superius eis loquebatur qui sic copulati
 erant, vt pariter in fide Christi essent: ceteris vero
 nunc dicit, id est eis qui sic copulati sunt vt non am-
 bo fideles sint? Sed quid eis dicit? Si quis frater ha-
 bet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cū
 illo, nō dimittat illam: Et si qua mulier habet virū
 infidelem, & hic consentit habitare cum illa, nō di-
 mittat virum. Si ergo non præcipit ex domini per-
 sona, sed ex sua persona monet, ita est hoc bonum,
 vt si quis aliter fecerit, non sit præcepti transgresa-
 for: sicut de virginibus paulo post dicit, præceptum
 domini se non habere, cōsiliū autem dare: atq; ita
 laudat virginitatem, vt arripiat eam qui voluerit,
 non tamen vt si non fecerit, contra præceptum fe-
 cisse iudicetur. Aliud enim est quod iubetur, aliud
 quod monetur, aliud quod ignoscitur, Iubetur mu-
 lier à viro non discedere, quod si discesserit mane-
 re inuuptam, aut viro reconciliani: Aliter ergo non
 licet facere. Monetur autē vir fidelis, si habet vxorē
 infidelem consentientem secum habitare, non
 eam dimittere. Licet ergo & dimittere, quia nō est
 præceptum domini ne dimittat, sed consiliū Apo-
 stoli: Sicut monetur virgo non nubere, sed si nupse-
 rit consiliū quidem non tenebit, sed contra præ-
 ceptum non faciet. Ignoscitur cum dicitur, Hoc au-
 tem dico secundum veniam, non secundum imperium.
 Quapropter si licet vt dimittatur coniūx in-
 fidelis, quantum melius sit non dimittere, & tamen
 non licet secundum præceptum domini vt dimittatur
 coniūx nisi causa fornicationis, fornicatio
 est etiam ipsa infidelitas. Quid enim tu dicis Apo-
 stole? Certe vt vir fidelis consentientem secum ha-
 bitare mulierem infidelē non dimittat. Ita, inquit,
 Cum ergo hoc & dominus præcipiat, ne dimittat
 vir vxorem, nisi causa fornicatiōis, quare hic dicis,
 Ego dico, non dominus? Quia scilicet idololatria
 quam sequitur infidelis, & quælibet noxia supers-
 titio fornicatio est. Dominus autem permisit causa
 fornicationis vxorem dimitti: sed quia permisit
 non iussit, dedit locum Apostolo monendi, vt qui
 voluerit non dimittat vxorē infidelem, quo sic for-
 tasse possit fieri fidelis. Sanctificatus est enim, in-
 quit, vir infidelis in vxore fidei: & sanctificata est
 mulier infidelis in fratre fidei. Credo iam prouer-
 nerat vt nonnullæ fœminæ per viros fideles, & vi-
 ri per vxores fideles in fidem venirent: & quantum
 nō dicens nomina, exemplis tamen exhortatus est
 ad confirmandum consiliū suum. Deinde sequi-
 tur, Alioquin filij vestri immūdi essent, nūc autem
 sancti sunt. Iam enim erant paruuli Christiani, qui
 siue authore vno ex parentibus, siue vtroq; consen-
 tiente sanctificati erāt, Quod non fieret si vno cre-
 dente dissociaretur coniugium, & non toleraretur
 infidelitas coniugij vsq; ad opportunitatem credē-
 di. Hoc est ergo cōsiliū eius cui credo dictum esse,
 Si quid supererogaueris, rediens reddam tibi.
 Porro si infidelitas fornicatio est, & idololatria in-
 fidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitandū
 & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam
 quàmlibet illicitam concupiscentiam potest recte
 à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio
 est? Ex quo intelligitur, qd propter illicitas cōcu-
 piscencias, non tantum quæ in stupris cum alienis
 viris aut fœminis committuntur, sed oīno quælibet
 quæ

Luca. 10